

*151. Litterae unionis,
annexionis et incorporationis*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*151. Litterae unionis,
annexionis et incorporationis*

1451-08-26

Antonius Dei et apostolice Sedis gratia episcopus Potentinus, universis presentes licteras inspecturis, tam presentibus quam futuris, salutem in Domino.

1

Significamus vobis quod in nostri maiori ecclesia Potentina est quedam cappella sub vocabulo Visitationis Sancte Elisabeth seu Virginis non, que est expers proventuum et reddituum et bonorum tam mobilium quam stabilium propterque cultus divinus enervatur et spiritualia sine temporalibus diu esse non possunt. Propterea considerantes quod in domo Dei debent divina officia et misse celebrari, ideo cum venerabili

Antonio (*Angeli*), 1450-1463; Gams, *Series episcoporum*, p. 914 e p. 891; Eubel, *Hierarchia catholica*, II, p. 218; «napoletano, dottore in legge, consigliere regio, già canonico e vicario generale di Napoli e vescovo di Lucera, fu trasferito a Potenza l'11 luglio 1450; morì nel 1463 circa»: Colangelo, *Cronotassi dei vescovi*, p. 231. Rendina lo descrive come «tanto affetto» alla chiesa potentina, alla quale donò: un «bacolo pastorale d'argento indorato con molte figure di rilievo [...] si asserisce essere tredici libre di peso. Dieci borse di seta ed oro con testate, una tazza d'argento di una libra, un paio di ampolline d'argento, una navicella d'argento per l'incenso, una croce piccola d'argento, un pontificale miniato in bergameno assai vago, con lettere d'oro; [...] un piviale grande lavorato in perle, mistre, sandali, coppe d'argento con patene, un vaso di rame cipro per l'olio santo ed altre molte cose che si tralasciano»; al presule Antonio Angeli, inoltre, si deve – stando a Rendina – «la lodevole costumanza» di celebrare una volta al mese l'ufficio di S. Gerardo con rito doppio (Rendina, *Istoria della città di Potenza* cit., ediz. Abbondanza, pp. 279-280, ediz. Villani-Mariano-Caserta, p. 286).

capitulo dicte nostre ecclesie congregato ad sonum campanelle in sacrestia predicte ecclesie, in qua sacrestia solemus omnia negotia tam spiritualia quam temporalia pertractare, de voluntate et consensu dicti nostri capituli ibidem presentis et consentientis, ecclesiam sancti Theodorii in tenimento castri Balii et ecclesiam Sancti Thom(e), sitam et positam in contrata There et yscham beneficiale sitam et positam in parte S(anc)ti Moncii iuxta molendinum fratris Mirti et yscham unam aliam sitam et positam iuxta flumen Barci, per quod itur ad montem Calvellum nostre Potentine diocesis, nec non domum unam beneficiale sitam et positam intus civitatem Potentie in parochia S(anc)ti Gerardi iuxta domum dicte ecclesie S(anc)ti Gerardi muro comuni mediante, que predia et domus sunt beneficiales et vacant ad presens per renuntiationem et liberam assignationem sponte factam coram iudice, notario et testibus in numero oportuno per venerabilem virum dopnum Nicolai Martini <sic> de Potentia, ultimum immediatum rectorem // (c. 86v) et beneficiatum predictarum ecclesiarum, yscharum et domus predictarum beneficalium et per nos admissam, quar(e) ecclesiarum et yscharum collatio, provisio et omnimoda dispositio ad nos spectare et pertinere dignoscitur pleno iure, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis unimus, annectimus et incorporamus dicte cappelle Visitationis site et posite ut supra et et(iam) presbiteris predicte nostre ecclesie itaque fructus predictarum cappellarum et yscharum et domus predicte pro duabus partibus debeant esse predicte cappelle Visitationis; tertiam partem annectimus, unimus et incorporamus parrochiali ecclesie Sancti Michaelis, eius archipresbitero et presbiteris, constituto nobis de

indigentia predicte ecclesie Sancti Michaelis et de cultu et offitio divino quos predicti archipresbiter et presbiteri in predicta parrochiali ecclesia prestiterunt et ad presens prestant et in futurum verisimiliter prestabunt, dante Domino; ideo volumus quod ex nunc in antea predicte cappelle et ysche et domus cum iuribus et pertinentiis suis omnibus incorporate et unite annexeque predictis cappelle Visitationis Beate Marie et ecclesie Sancti Michaelis supradictis sint modo et forma superius annotatis, investientes propterea de dictis cappellis et yschis ac domo beneficialibus, premisso modo vacantibus et per nos cum assensu dicti nostri capituli unitis dicte cappelle Visitationis et parrochiali ecclesie Sancti Michaelis, domnum Constantinum de Anatrono et domnum Gasparem de Vineola, presbiteros et procuratores predicte cappelle, nec non domnum Angelum Nicolai Grossi, presbiterorum et procuratorum predicte parrochialis ecclesie Sancti Michaelis per nostrum anulum presentialiter de ecclesiis ipsis et domo prelibata, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, modo et forma prescriptis. Commiccentesque nichilominus et mandantes dilecto nobis in Christo domino Nicolao Zappe archipresbitero parrochialis // (c. 87r) ecclesie Sancte Trinitatis civitatis Potentie quat(inu)s ipse dictos procuratores predicte cappelle Visitationis et procuratorem dicte ecclesie Sancti Michaelis dictarum cappelle et ecclesie parrochialis Sancti Michaelis, autoritate nostra et vigore presentium dicte unionis, incorporationis et annexionis in corporalem poessionem seu quasi dictarum ecclesiarum, yscharum et domus iuriumque et pertinentiarum ipsarum ponat et inducat et defendat inductos ipsasque cappellas, yschas et domum faciat

tenere et possidere ac de iuribus et fructibus, redditibus et proventibus dictarum ecclesiarum, yscharum et domus dictos procuratores qua supra nomine integre et plenarie responderi, contradictores et rebelles quoslibet per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia coercendo, iuribus nostris et nostre maioris ecclesie Potentine ac ulterius cuiuscumque in omnibus et per omnia semper salvis et et(iam) expressis reservatis. Nos vero cum consensu expresso et voluntate dicti nostri venerabilis capituli, autoritate ordinaria qua fungimur ratamque ratam et firmam habentes et tenentes dictam unionem et incorporationem dictarum ecclesiarum, yscharum et domus omni tempore ac promictentes illam non revocare, nec contravenire quovis modo, de iure vel de facto, in cuius rei testimonium singulorum certitudinem et plenam fidem presentes nostras licteras in forma puplici instrumenti facti per manus nobilis viri notarii Rogerii de Lau(r)o puplici per totum regnum citra farum et nobilis viri Mariani de Inganulo annalis iudicis civitatis Potentie presentis anni quatedecime indictionis mandavimus atque fecimus, nostrique et dicti nostri venerabilis capituli pontificalis sigilli appensione munitas.

2

3

4

5

Così S per Marie (vedi in seguito)

Così S per cum

Così S per Roncii

Così S per fratrum Minorum

6

7

8

9

10

Data Potentie in predicta sacrestia sub anno Domini millesimo quadrigentesimo quinquagesimo primo, die 26 mensis augusti, quartedecime indictionis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Nicolai divina providentia pape quinti anno vero eius anno tertio. Etiam unimus, subiungentes annectimus et // (c. 87v) dicte cappelle Visitationis ac et(iam) presbiteris predicte nostre ecclesie modo et forma ut supra infrascriptas poessiones, videlicet: yscham unam iuxta flumen magnum a superiori parte, iuxta terras ecclesie Sancti Michaelis mediante aquale et limite ab inferiori parte, iuxta viam qua itur ad montem Calvellum; item petium alium terre iuxta vallonem Pissitelli a superiori parte et duabus lateribus, iuxta terras dicte ecclesie Sancti Michaelis limite mediante; item petium aliud terre ubi dicitur la Valle de Iapiro confinatum ab una parte iuxta terram Sancti Laurentii limite mediante, ab alia parte iuxta terram Sancti Lazari limite mediante et alios fines; item ortum unum in loco ubi dicitur la Valle de li Salici, confinatum iuxta viam qua itur ad flumen et alios fines. Data ut supra de mandato domini supradicti episcopi

Così S per? magnum

Così S per resignationem

Così S per beneficiarium

Così S per archipresbyterum et procuratorem

Così S per? gratam

notarius Rogerius scripsit. Ego Marianus de Inganulo
annalis iudex et me subscripsi Ego domnus Iacobus
archipresbiter Rote testis interfui Ego domnus Ioannes
Paritarius canonicus Potentinus predicta fateor Signum
crucis proprie manus Iohannis de Fagione scribere
nescientis testis interfuit